

Lucas

520

ei: quia dignus est ut hoc illi prestes.
Diligit enim gentem nostram: et syna-
 gogam ipse edificavit nobis. **I**esus
 autem ibat cum illis. **E**t cum iam non lo-
 quere esset a domo: misit ad eum centurio
 amicos dicens. **D**omine: noli vereri. **N**on
 enim sum dignus ut sub tecum meum
 intres: propter quod et meipsum non sum
 dignum arbitratus ut venirem ad te
 sed dic verbo et sanabitur puer meus.
Nam et ego homo sum sub potestate
 constitutus: habens sub me milites: et
 dico huic vade et vadit: et alio veni et
 venit: et suo meo fac hoc et facit. **Q**uo
 audire iesus miratus est et conversus
 sequentibus se turbis dixit. **A**men di-
 co vobis: nec in israel tantam fidem in-
 veni. **E**t reversi qui missi fuerant, do-
 mum inveniunt servum qui langue-
 rat sanum. **E**t factum est deinceps ibat
 iesus in civitatem que vocatur nain
 et ibant cum eo discipuli eius et turba
 copiosa. **C**um autem appropinquaret por-
 te civitatis: ecce defunctus efferebatur
 filius unicus matris sue. **E**t hec vi-
 dua erat: et turba civitatis multa cum
 illa. **Q**uam cum vidisset dominus: miseri-
 cordia motus super eam dixit illi. **N**on
 li flere. **E**t accessit: et tetigit loculum.
Hi autem qui portabant steterunt. **E**t ait. **A**-
 dolescens: tibi dico surge. **E**t resedit qui
 erat mortuus: et cepit loqui. et rediit il-
 lum matri sue. **A**ccepit autem omnes timor-
 et magnificabant eum dicentes. **Q**uia
 propheta magnus surrexit nobis: et quia
 deus visitavit plebem suam. **E**t erant
 hic sermo in universam iudeam de eo
 et omnem circa regionem. **E**t nuntiave-
 runt iohanni discipuli eius de omni-
 bus his. **E**t convocavit duos de disci-
 pulis suis **J**ohannes: et misit ad
 iesum dicens. **T**u es qui venturus es
 an alium expectamus: **C**um autem venis-
 sent ad eum viri dixerunt. **J**ohannes ba-
 ptista misit nos ad te dicens. **T**u es

qui venturus es: an alium expectamus
In ipsa autem hora multos curavit a lan-
 guoribus suis et plagis. et spiritibus
 multis. et cecis multis donavit visum.
Et respondens dixit illis. **E**untes venun-
 ciate iohanni que audistis et vidistis.
Quia ceci vident. claudi ambulante.
 leprosi mundantur. surdi audiunt. mor-
 tui resurgunt. pauperes evangelizant.
 et beatus est quicumque non fuerit scanda-
 lizatus in me. **E**t cum discessissent non
 est iohannis: cepit de iohanne dicere
 ad turbas. **Q**uid existis in deserto vi-
 dere. **A**rundinem vento agitatam? **S**ed
 quid existis videre? **D**ominum molli-
 bus vestimentis indutum? **E**cce qui in
 veste preciosa sunt et velitis: in domi-
 bus regum sunt. **S**ed quid existis vi-
 dere? **P**rophetam? **U**tiq; dico vobis
 et plus quam prophetam. **H**ic est deus scri-
 ptum est. **E**cce mitto angelum meum
 ante faciem tuam: qui preparabit viam
 tuam ante te. **D**ico enim vobis: ma-
 ior inter natos mulierum propheta ioha-
 ne baptista nemo est. **Q**ui autem minor
 est in regno dei: maior est illo. **E**t om-
 nis populus audiens. et publicani iu-
 stificaverunt eum. baptizati baptismo
 iohannis. **P**harisei autem et legisperiti
 consilium dei speraverunt in semetipso
 non baptizati ab eo. **E**rit autem dominus
 Cui ergo similes dicam homines ge-
 nerationis huius: et cui similes sunt
 Similes sunt pueris sedentibus in fo-
 ro: et loquentibus ad invicem et dice-
 ntibus. **C**antabimus vobis tibis et non
 saltastis: lamentavimus et non plora-
 stis. **V**enit autem iohannes baptista
 neque manducans panem neque bibens
 vinum et dicitis. **D**emonium habet.
Venit filius hominis manducans et
 bibens. **E**cce homo tenorior et bibens
 vinum: amicus publica-
 norum et peccatorum. **E**t iustificata est sapie-
 tia: ab omnibus filiis suis. **R**ogabat autem

Mat. 8. b.

Mat. 8. c.

4. Reg. 4.

Mat. 5. 8

4. Reg. 4.

3. Reg. 3.

Jo. 4. c. et 6. b.

Mat. 11. a

Mat. 11. a

Mat. 11. a

Mat. 11. b

Malach. 3.

Mat. 11. c

Mat. 1. a

Mat. 11. c.

Mat. 11. d

Mat. 11. d.

Mat. 26. a.